



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XXVIII. Pærm. fideicommissi de Garziis. De eadem materia
concursum plurium masculorum ad fideicommissum masculinum, An sub
nomine masculorum, quatenùs certum sit testatorem tentisse etiam de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

P A R M E N .

F I D E I C O M M I S S I
D E G A R Z I I S

P R O

M A R C H I O N I S S I S B A R B A R A
E T S O R O R I B U S D E
S C U F F O N I S .

C V M

M A R C H I O N I B U S J O A N N E P A U L O
E T A L I I S D E L U P I S .*Casus disputatus in Consilio Parmen.*

De eadem materia concursus plurium masculorum ad fideicommissum masculinum, An sub nomine masculorum, quatenus certum sit testatorem sentiisse etiam de masculis cognatis per feminam, veniant solum masculi immediate procreati ex femina agnata, & sic per unum medium femininum, vel etiam omnes, etiam per duplex medium femininum; Et an hæc differentia sit considerabilis, necne.

S Y M M A R I V M .

- 1 **F**acti series.
De questione, an sub nomine filiorum & descendentium masculorum veniant etiam cognati, de utraque opione.
- 2 *Quando cadat ista questio.*
- 3 *Quod illa extranea sit à casu controversia, & qualis sit ejus casus.*
- 4 *Vocatus masculus cognatus per feminam veniunt omnes per unum vel duplex medium femininum, & de ratione.*
- 5 *Fallit ex contraria etiam conjecturata voluntate testatoris.*
- 6 *Vna ex conjecturis est contemplatio agnationis.*
- 7 *De ratione cui dicta conjectura innixa est, & an hæc sola conjectura sufficiat.*
- 8 *Quando nepotes & ultteriores descendentes veniant sub vocatione filiorum immediatorum.*
- 9 *Altera conjectura est ubi vocatur linea masculina, qua non admittit mixturam femininarum & cognatorum, & de ratione.*
- 10 *Referuntur volentes verbum lineæ capi pro sexu, & rejiciuntur seu declarantur.*
- 11 *De alio adminiculo.*
- 12 *Non curantur absurda, & inverisimilitudines, quando agitur de extensione, secus si de interpretatione.*
- 13 *De differentia inter casum expirationis, vel ultterioris progressus fideicommissi.*
- 14 *De suspensione fideicommissi donec durat spes, vel potentia generis pradilecti.*

D I S C . XXVIII.

MArcus de Garziis prole masculina constitutus, habens solum Catharinam neptem ex Felice filia, nuptam viro de familia Cavalca, hæredem instituit Joannem dictæ Catharinæ filium primogenitum, cum fideicommissio perpetuo, descendivo, & reciproco ad favorem ejus filiorum & descendentium prius legi.

supra disc. 25. & sub. tit. de Praeeminentiâ disc. 13. quod scilicet aliud est cognatos non posse prætere-
dere concursum cum agnatis, aliud verò est eos
esse infucessibiles, ac extra genus masculorum.

Alicujus non levis considerationis videbatur
conjectura resultans ex alia dispositionis parte, in
qua testatrix considerando omnes masculos defe-
ctos esse, eosque non extare, vocat feminas ex eis
descendentes, quas præsupponit habiles ad pro-
creationem filiorum tam masculorum, quam femi-
ninarum, dum eos generaliter, & in genere ma-
sculino posuit in conditione, & consequenter ex
Statuto Urbis, tunc etiam militante, eos vocavit
Ergo præsupponit masculos cognatos, post defe-
ctum genus masculorum prius vocatorum, quod
proinde præsupponendum est diversum ex argu-
mento discretivæ, de quo supra in Romana primo-
genitura de Babalo d. disc. 25. Verum & ista con-
jectura dici poterat æquivoca utpote referibilis ad
tempus, in quo solæ feminae in rerum natura exi-
sterent, nullus autem masculus, ne scilicet ob fu-
turam possibilem existentiam masculorum interim
successio remaneret in suspenso, sed effectum for-
titer in feminis, cadente solum quaestione, de
qua supra disc. 11. an masculi postea procreati illas
excluderent necne.

Quamvis autem dictæ ac aliæ conjecturæ, quæ
ponderabantur pro limitatione regulæ, seu restri-
ctione ad solos masculos per masculum ita singula-
riter ac distincte consideratæ suas recipere possent
limitationes, Atamen in simul junctæ reputari po-
terant alicujus momenti, neque dicebam in hoc da-
ri posse certam & determinatam regulam, quo-
niam conjecturarum pondus seu efficacia residet in
judicis arbitrio, quod ob ingeniorum varietatem
adeo varium & incertum quotidie experimur; Et
possimè advertebam magni momenti reputari
posse primam conjecturam, quamvis pro meo ju-
dicio levem, resultantem à dictis verbis per directam
lineam, quatenus causâ incidere in eos iudices, qui
soli literæ innitentes, ad aliud non advertunt, nisi
quod Doctor dicat, discernendo solum si dicit, vel
non dicit.

Hæc discurrebam ad ostendendum punctum es-
se pro utraque parte probabiliter dubium, atque
honestâ compositione dignum, ut scilicet omnium
fororum donec viverent æqualis esset conditio, eis
autem morientibus absque filiis, bona potius ad
filios aliarum, quam ad extraneos hæredes transi-
tum facerent, meum tamen iudicium desuper
non efformando, neque interponendo, cum ita
exigerent illa mediatoris, ac amicabilis composi-
tionis partes, quas gerebam, admonendo utram-
que de benevola fallacia Consulentiū respectivè,
juxta communem frequentiore usum, exaggeran-
tium parum bonum jus cuiuslibet; Unde propterea
ut supra insinuavi, satis cautè procedendum
est in deferendo auctoritati Consiliorum, quando
ita publicæ luci proferuntur eodem modo, quo
tunc in calore controversiæ verentis data sunt;
Et quamvis pleraque non sint ad causæ defensionem
coram iudice, sed in forma discursiva pro veritate,
adhuc tamen requirentis affectio seu futuræ litis spe-
raturum lucrum quandoque intellectum fascinare so-
let; Et utinam ista lucris spes non fascineret etiam
quandoque voluntatem, quod tamen in Curia, vel
nunquam vel rarè contingit, quia revera magna
est, nimiumque classicorum Curialium integritas
ac libertas ingenue insinuandi veritatem & causæ
difficultates.

e LUCA
de
amentis
beat.
CVI
9

legitimorum, deinde naturalium; Extincta vero linea masculina, tam legitima quam naturali dicti Joannis, cum eodem ordine vocavit prius lineam masculinam Marci Antonii, & deinde illam Alexandri aliorum filiorum ejusdem Catharina, extinctisque etiam dictis lineis masculinis, cum infelicissima verborum prolixitate & confusione, vocavit masculum majorem natu filiarum dictæ Catharinæ ejusque lineam masculinam, & sic successivè alias lineas masculinas ipsarum feminarum, cum ordine majoratus, quibus omnibus defectis, vocavit quosdam de Carissimis extraneos ad rem non facientes (cum per eorum prædecessum absque prole istius substitutionis gradus caducatus esset,) injungendo omnibus vocatis pro tempore successoribus strictissimum onus assumendi cognomen ac insignia ipsius testatoris, cum eorum perpetua successiva retentione.

Defecerunt ad breve tempus omnes lineæ masculinæ prædictorum trium filiorum Catharinæ, unde propterea fideicommissum devenit in Joannem Antonium de Succis nepotem Virginie filie primogenitæ Marci Antonii unius ex dictis filiis Catharinæ ex altero Marco Antonio dicto Virginie filio, eoque defuncto absque prole, superstitionibus Marchionibus Joanne Paulo, & fratribus de Lupis ejus ex Felice sorore nepotibus, Marchio Vincentius de Scalfonis filius Barbaræ sororis secundogenitæ dictæ Virginie, fideicommissum prædictum agnovit, atque lite desuper inter ipsum ac prædictos fratres de Lupis pendente, obiit etiam absque prole superstitionibus Marchionibus Barbara & sororibus de Scalfonis ejus ex Marco Antonio fratre prædefuncto neptibus, cum quibus præsentibus fideicommissi expirationem in dicto Vincentio, ac libertatem bonorum ita in ejus hæreditate remansorum, continuata fuit dicta lis.

In hoc igitur statu ex parte prædictarum sororum, communicatis informationibus hinc inde editis per utriusque partis defensores, ibi præsentibus, requisitus fui ad scribendum more Advocati ad causæ opportunitatem, ac etiam per aliam scripturam insinuandi quid pro meo judicio sentirem pro veritate, sed opus non fuit hoc secundum opus assumere, dum, cum sensu etiam veritatis, credebam dictis puellis justitiam assistere, stante, ut dictum est caducatione dicti ulterioris gradus substitutionem cum illis de Charissimis ante factum calum suæ vocationis defectis.

In dictis autem informationibus seu responsis, doctis quidem, ingeniosis, ac elaboratissimis, latissimè, ac pene per volumina ut etiam insinuatum est supra in *Placentina discursu*, 24. scribentes pro hac parte provinciam assumpserunt probandi, quod sub nomine descendendum masculinorum veniant solum masculi ex masculis juxta opinionem *Castrensis* & sequacium *relatam dicto disc.* 24. cumulando in magno numero omnes DD. de hoc agentes tam in hac materia fideicommissaria, vel alterius ultimæ voluntatis, quam in materia feudali, vel emphyteutica, aliorumque contractuum eorum respectivorum inter vivos, sive in materia privilegiorum cum similibus diversam rationem habentibus, nimium se diffundendo super interpretatione vel ratione *textus in l. si viva matre Cod. de bonis maternis*, ac iis quæ desuper per DD. adnotantur ad plures effectus, illum præsertim statutariæ successione &c.

Econverso scribentes pro altera parte, desumendo copiosè collecta per *Belkon. jun. Martam*,

Giorgn. Larream, Castill. & alios *relatos eodem sensu*. 24. pleniori calamo probare conabantur contrariam opinionem, quæ vulgò tribuitur *in glos. conf. 85.* nimium pariter immorando super interpretatione ejusdem *textus in l. si viva matre* & in pluribus quæstionibus, quæ per DD. ad dictum *textum materiam disputantur.*

Ego autem, laudando ingenium ac eruditum scribentium, dixi inanem videri ad agendum laborem hinc inde habitum, ut potest casum controversiæ, talis enim inspectio casus vel ubi concursus est inter masculos diversæ conditionis, cujus ratione uni alios excludere velim, que in successione præferri, nempe agnatos præsertim juxta casus disputatos in dicta *Placentina discursu* 24. & in *Romana primogenitura de Babali discursu* cum similibus; Vel ubi contentio sit cum masculo agnato, seu ejus hærede, aut ultraterraneo substituto prætendente expirationem gradus substitutionis concepti ad favorem descendendum masculorum utpote non conveniendum masculis agnatis &c. juxta casus disputatos in *discursibus proximè præcedentibus*, in quibus utrobique respectivè, ut in eis advertitur, regula ætatis etiam cognatis favorabilis, limitanda contraria voluntate, frequentius desumitur ex contemplatione agnationis.

Omnia verò hæc extranea erant à casu prædictis controversiæ, cum tota dispositio directa ad cognatos ac descendentes ex feminis, alia aliqua agnatorum mixtura, ideoque inter cognatos cadebat solum quæstio super unitate vel duplicitate medii femini, sive super mediæ vel immediata procreatione ex femina agnata juxta casus, dum hæc scribebam jam disputantibus *Bonomiensibus proximè sequentibus*, & in *Romana primogenitura*, de qua infra post eas, & in pluribus, atque isti erant proprii & præcili quæstionis.

In istis autem terminis, quidquid nostri magis variaverint, (ita nihil pacificum relinquere volentes,) hodie receptissima est pro regula generaliter affirmativa ad favorem omnium masculorum, spectato solo sexu, & non curata singularitate vel pluralitate medii femini, & clara & convincenti ratione, quod sive per unum sive per plura media femina descendant, semper sunt cognati, & de diversa extranea familia, que nil referre videtur, an mediæ vel immediæ descendat, ut ex magis communi traditione in *l. 1. Cod. de condit. insertis* plene antiquioribus latis probant *Mandell. conf. 86. num. 4.* ubi hæc citat veritatem; *Mench. conf. 802. num. 35.* & *70. cum sequen. Martæ conf. 61. num. 26. cum sequen. Bellon. jun. conf. 72. & 73.* ubi cumulare præter magnum numerum DD. pro hac opinione, præsertim *Larrea decif. 34. & 54.* atque hæc semper in *Rota Romana*, præsertim *decif. 6. par. 1. div. 1. decif. 15. par. 2. decif. 402. num. 29. par. 9. rec. 84. num. 10. & seq. par. 10. & decif. 78. num. 2. 3. par. 11.* & in aliis, potissimè vero ubi contentio non est cum persona verissimè prædicta, & de linea admitta, à qua prætendatur advocatus ut in aliam lineam remotiorem transitus fiat.

Verum advertetam, quod sicuti vera, & recepta est d. regula, quam ego in dictis aliis casibus licet scribens in contrarium admitterem, ita recepta est limitatio, ubi constat de contraria expressa vel conjecturata testatoris voluntate, ut semper omnes juxta regulæ & præsumptiones

dunt, ut admittunt omnes supra allegati tenentes dictam opinionem, quæ hodie pro regula recepta est occasione respondendi ad tenentes contraria, & cæteris plene relatis formiter, & ex professo disputato articulo firmavit Rota in Bonon. fideicommissi de Barberijs 5. Decembris 1650. coram Corrado impress. decis. 95. par. 11. rec. & repetit. post Censal. ad Peregr. decis. 17. confirmata de anno 1652. coram Bichio, impress. decis. 218. eadem par. 11., cum quibus sæpius deinde processum fuit, præsertim in Romana fideicommissi de Griffonibus coram Dumozetto inter suas decis. 981. num. 15. cum sequen. in Bonon. fideicommissi de Amoris coram Melio deci 52. & 66. post collectat. Bondeni, de qua cauta infra disc. 30. ac etiam in alia Bononiens. & in Firmans. disc. 31. & 32., & in aliis pluries.

Inter conjecturas autem hujusmodi voluntatem probantes, illa ponderari solet plenissimè comprobata in d. prima decisione Bonon. de Barberijs coram Corrado, quæ ex communi sensu reputatur in materia agnitionis, ubi contemplata est agnatio mediante præcepto in juncto hujusmodi masculis cognatis sictè seu artificialiter renovandi propriam testatoris agnationem ac familiam, quæ circumstantia in hac facti specie concurrerat.

Et quamvis circa initia Advocacionis scribendo in dicta Bonon. de Barberijs pro masculo mediato succumbente, de qua disc. sequen., meus intellectus istam conjecturam seu limitationem capere non posset, eo quia ratio agnationis testatoris urget in progressu, ac postquam ejus familia jam artificialiter renovata est, atque de facta effecta fuit vera, nè ista per mixturam cognatorum interrumpetur, Secus autem ubi agit de ingressu pro hujusmodi futura renovatione faciendi, cum tunc, ut supra, spectetur solus sexus, non curato medio, quia sive illud sit simplex, sive sit duplex, semper est cognatus ac de extranea familia sictè illam testatoris assumpturus, Atamen, ut deinde dictarum aliarum causarum disputationes me docuerunt, captivavit intellectum ea probabilis ratio, quod quando ambitiosi testatores, post defectam propriam familiam naturalem, cupiunt illam artificialiter renovare in masculis descendentes ex feminis de eadem familia, id restringere solent ad masculos immediatos, eorumque descendentes masculos absque mixtura alterius medii femini ex duplici probabili ratione; Vna facilis probationis hujusmodi descendentiæ, quæ in fideicommissis collatis in tempus remotissimum reddi solet penè impossibilis, ac parere inextricabiles litium anfractus, ob quam rationem foris recipi attendi debere magis proximitatem gravati quam gravantis ut supra in Romana fideicommissi de Viatoris disc. 23. & alibi: Et altera magis proxima, quod masculi immediatè procreati à femina agnata, ità dicuntur semiagnati, & quasi pro medietate participare de agnatione, quod dici non potest de masculis mediatis per duplex medium femininum, quoniam ità à propria familia effecti sunt omnino extranei, juxta exemplum naturale arborum, quarum una super alia inferatur, quoniam fructus qui producitur ab arbore inserta participare dicitur de altera arbore super qua insertio facta est, sed si super arbore inserta fiat alterius diversæ arboris nova insertio, tunc illa prima arbor super qua prima insertio facta est, tanquam avia & non mater novi fructus, in nul a consideratione habetur, sed omnino pro extranea & aliena reputatur, ut ad sensum.

Istæ rationes solæ & de per se quamvis aliquam

habeant probabilitatem, non tamen adeò concludentes videntur quod sufficiant ad destruendam regulam ejusque limitationem inducendam, cum contineant quandam nimium scrupulosam considerationem, dicebam tamen esse alicujus momenti, quando alia concurrunt adminicula in idem tendentia, ut in præsentis casu concurrerant, Primò scilicet ob verbum personalissimum ipsius, seu earum pluries adjectum feminis agnatis, quarum filii demonstrati sunt, ut in specie advertitur in d. Bonon. de Barberijs coram Corrado, & in ejus confirmatoria coram Bichio; Et licet ex iis quæ habentur in eodem disc. sequen. id non excludat vocationem etiam neporum ac ulteriorum descendentes iure subingressione, vel transmissione, aut quia ex conjecturata mente defuncti seu dispositionis qualitate sub nomine filiorum veniant etiam nepotes & ulteriores descendentes, Atamen concurrente dicta alia circumstantia contemplata agnationis seu ratione ex ea resultante ut supra, admittuntur quidem nepotes ac ulteriores descendentes, in quibus continuet eadem qualitas masculina, & quodammodo semiagnatitia impressa in filio immediato, qui eam in omnes descendentes masculos transmittat ut eod. disc. sequen.

Secundò fortius, quia pluries ac pluries, tam in dispositiva, quam in conditionali testator vocat seu in conditione ponit earumdem femininarum lineam masculinam, per quam inducta censetur restrictio ad masculos immediatos, eorumque descendentes masculos absque mixtura femininarum per quas rumpitur filius talis lineæ, quando ipsæ procreantur ab ulterioribus descendentes, quia feminæ dicuntur finis lineæ, Et quando sunt immediatæ illius, qui pro stipite designatus est, adhuc extraneæ remanent à linea masculina, tanquam principium lineæ femininæ, quoniam juxta theoreticam Castrensis in l. maritus num. 5. Cod. de procurator., quam communiter sequuntur, plene deducti in Bonon. de Barberijs coram Corrado, & in Romana Casalis Veteris 5. Maj. 1653. coram Albergato, de qua sub tit. de emphyteusi disc. 13., quilibet sive masculus, sive femina, duas lineas constituit, unam quæ incipit ab ejus filiis masculis, alteram quæ incipit à feminis, ergo hujusmodi femininarum nepotes ex alia femina nunquam dici possunt de earum linea masculina, quoniam cadunt sub feminina.

Et licet non desint volentes in his terminis, ex ratione absurdi istud verbum lineæ impropriandum esse ac accipiendum pro sexu, ut præsertim Ruin. cons. 149. num. 11. in principio lib. 2. Berous cons. 77. pariter lib. 2. sub num. 13. Menoch. cons. 205. num. 30. Bellon. jun. dicto cons. 73. num. 23. vers. Secundò respondeo, in quibus auctoritatibus magnum fundamentum constituebant scribentes pro dictis Marchionibus Lupis masculis mediatis; Respondebam tamen, quod ego & cæteri pro masculo etiam mediato scribentes in d. Bonon. de Barberijs, tam dictas auctoritates, quam rationes eas comprobantes fortè acrius deducebamus, tam in partibus in prima instantia, quam in secunda coram A. C. & in tertia in Rota, in omnibus tamen succubimus, illæque neglectæ fuerunt, & meritò, Tum quia auctoritates Consultentium semper sunt suspectæ ac parvi ponderis

ponderis, Tum etiam quia hæc verborum impropria iō cadere posset quando nullum aliud adminiculum vel conjectura urgeret, unde in casu mere ambiguo dicto solum verbo obstante, ex qualitate dispositionis probabiliter dubitari posset, quod illud ex inadvertentia Notarii seu alterius Scriptoris testamenti, aut peripsummet testatorem habitum esset pro synonymo cum altero verbo *sexus*, secus autem tot aliis conjecturis ac adminiculis concurrentibus, eisque in simul junctis, cum regula in hac materia perpetuo attendenda, ut *singula qua non prosunt* &c.

Et his addebatur alterum adminiculum clarius resultans ex illis verbis, repetitivis, ut *supra* & *pro ut supra*, & *modo* & *ordine* quibus de ipsis Joanne, Marco Antonio & Alexandro, & lineis eorum masculinis dispositis, unde cum præcedenter absque dubio testator semper intellexerit de masculis per masculum absque mixtura feminarum, idcirco idem dicendum erat in præsentis ex natura dictionis seu orationis repetitivæ juxta vulgaria & quotidiana axiomata.

Supponebatur, quod Judices motivando præmissa omnia admitterent, quando viveret dictus Vincentius masculus immediatus, cum quo dicta questio cœpta fuit, sed quod haberent difficultatem in expiratione fideicommissi & exclusione dictorum aliorum masculorum, qui in effectu erant descendentes testatoris, fundando motivum in absurdo, ut extraneus hæres dicti Vincentii, cujus iure dictæ eius nepres veniebant tanquam in bonis liberis, excluderet dictos descendentes contra verisimilem voluntatem dicti testatoris, qui in lineis trium masculorum primò institutorum etiam spurios vocavit, Verùm etiam in sensu veritatis istud motivum non videbatur considerabile, quoniam hujusmodi dispositiones non trahuntur de casu ad casum vel de persona ad personam, atque ille qui non est vocatus exclusionem meretur, cum vulgari dicto Joannis Andreae *fideicommissum de te non loquitur*; Neque ratio absurdi vel inverisimilitudinis apta est inducere vocationem ubi non adest, quoniam non quaeritur, cur testator voluerit, sed quid voluerit, ideoque absurdorum vel inverisimilitudinis consideratio efficax reputari solet pro interpretatione in casu mere ambiguo, non autem pro inducenda nova dispositione, ut bene pluribus antiquioribus relatis habetur apud Cyriac. *controv. 281. num. 34. cum pluribus sequen.* & in his terminis individualibus per Rotam in superius allegata Bononien. *fideicommiss. de Amorinis coram Meltio post colluctationes Bononiensis decis. 52 & 66.* ubi hoc absurdorum ac inverisimilitudinis motivum negligitur, etiam in casu fortiori, quod fideicommissum non expiraret, sed ulteriorem durationem haberet, faciendo transitum ad personas penitus extraneas juxta dictum casum, de quo *infra disc. 30.* Multo magis in præsentis, quoniam ut *infra* in hac materia pluries advertitur, ac videtur principium absolutum, maxima differentia est inter casum, in quo agatur determinando servitutem fideicommissi, atque inducendo bonorum libertatem, cujus favor exigit, ut in dubio pro ipsa contra fideicommissi continuantem servitutem respondendum sit, ac facienda interpretatio juxta opinionem magis communem & in foro, præsertim verò in Rota receptam, ex deductis apud Ottob. *decis. 355. in fine*, & passim, Et casum in quo agatur de continuatione fideicommissi, cuiusque transitu ad genus absque dubio minus dilectum, ac subsidiarie vocatum, ideoque intrat

vulgare argumentum desumptum ex *auti, magis* &c.

Præterea ubi etiam dicendum esset, quod etiam verisimili seu præsumpta mente testatoris, fideicommissum ulteriorem durationem in universa descendencia habiturum esset, donec illa duraret, adhuc tamen posita delatione fideicommissi, remanebant dicti de Lupis à masculis procreantibus, dictis foeminis proximioribus dicti ultimi generis, cujus proximitatem hodie absolutum est, non obfragante testatoris voluntate, attendendam de jure. Cum enim non ageretur de primogenitura vel primogenituræ, unde intraret difficultas de qua supra Bonon. *primogenitura de Luparis disc. 7.* & cum non præsupposito, licet non bene in hac parte, præsum fuit in d. Bonon. *de Barberiis coram Carrado*, ageretur de simplici fideicommissi; Hinc proinde de plano intrat conclusio in fideicommissis recentissima, & hodie absoluta, de qua in eadem d. Bonon. *Luparis*, ac etiam in Ferrar. *fideicommissi de Barberiis disc. 9.* ut fideicommissum stare debeat in spensio, donec durat spes seu potentia existerent personarum de genere prius vocato, seu de lineis in quam bona ingressa sunt, cum istorum transiit ab una linea ad alteram non detur, donec illa non evacuata sit, quod dici non potest, donec rat spes seu potentia illius durationis, que expressè debet, ideoque ex pluribus bonum jus hactenus assistere videbatur.

BONON. FIDEICOMMISS DE BARBERIIS.

PRO

MAURITIO BEROALDO

CVM

NICOLAO ROFFENO.

Casus decisus per Rotam pro Nicolao.

De eadem materia, An scilicet vocatis masculis ex foeminis agnatis, veniant ad masculi immediati, vel etiam mediati, duplex medium foemininum; Et applicatio filiorum hujusmodi foeminarum conveniat nepotibus, ac ulterioribus descendentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**Acti series,
- 2 Resoluciones causa.
- 3 De punctis seu disputationibus habitis.
- 4 De regula ut vocatis masculis ex foeminis veniant omnes tam mediati quam immediati non tantum pluralitate mediorum.
- 5 De limitatione ex conjecturis diversam voluntatem suadentibus, & qua sint ista conjectura.